Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vestigia gregu et pasce hedos tuos
iuxta tabernacula pastorum Equitatui
tui meo in curribus pharaonis as-
similavi te amica mea
Pulchre sunt gene tue sicut tur-
turis collum tuum sicut monilia Gu-
tturnulas aureas faciemus tibi vermi-
culatas argento ℣ xpo Vox ecclie
Qvm esset rex in accubitu suo Nar-
dus mea dedit odorem suum Fasci-
culus mirre dilectus meus mihi
inter ubera mea commorabitur Bo-
trus cypri dilectus mihi in vineis
engaddi Vox xpi Ecce tu pulchra
es amica mea Ecce tu pulchra oculi
tui columbarum Vox ecclie Ecce tu
pulcher es dilecte mi et decorus lec-
tulus nr floridus tegmina domorum
nrarum cedrina laquaria nra cypres-
sina Vox xpi Ego flos campi et
lilium convallium sicut lilium inter spi-
nas sic amica mea inter filias
Vox ecclie Sicut malus inter ligna
silvarum sic dilectus meus inter filios
Sub umbra illius qui desideraui
sedi et fructus eius dulcis gut-
turi meo Introduxit me in cellam
vinariam ordinauit in me caritatem
Fulcite me floribus stipate me
malis quia amore langueo Lena
eius sub capite meo et dextera illius
amplexabitur me Vox xpi Ad-
iuro vos filie rslm per capreas cer-
uos et per cumporum ne suscitetis neque
euigilare faciatis dilectam quo ad
usque ipsa velit Vox ecclie Vox di-
lecti mei Ecce iste venit saliens
in montibus transiliens colles Si-
milis est dilecto meo capreae hin-
nulo cervorum Ecce ipse stat post
parietem nrm Respiciens per fenes-
tras prospiciens per cancellos Et di-
lectus meus loquitur mihi Sur-
ge propera amica mea columba mea
formosa mea et veni Iam enim hy-
emps transiit imber abiit et recessit
flores apparuerunt in terra nra tempus
putationis aduenit Vox turturis
audita est in terra nra ficus protu-
lit grossos suos vinee florentes
dederunt odorem Vox xpi Surge
amica mea speciosa mea et veni co-
lumba mea in foraminibus petre
in maceria ostende mihi
faciem tuam sonet vox tua in auri-
bus meis Vox enim tua dulcis Et
facies tua decora Vox adiuncta heresis
Capite nobis vulpes parvulas
que demoliuntur vineas Ecce vinea
nra floruit Vox ecclie Dilectus
meus loquitur mihi et ego illi
qui pascitur inter lilia donec aspi-
ret dies et inclinentur umbre Re-
uertere dilecte mi similis esto capree
aut hinnulo cervorum super montes
bethel In lectulo meo per noctes
Vox ecclie eiecte de gentibus
In lectulo meo per noctes quesiui quem
diligit anima mea Quesiui illum
et non inueni Surgam et ci-
rcuibo ciuitatem per uicos et plateas
quaeram quem diligit anima mea Que-
siui illum et non inueni Inue-
nerunt me uigiles qui custodiunt
ciuitatem Ecclia de xpo dicit Dum
pertransisset eos inueni quem
diligit anima mea tenui eum nec
dimittam donec introducam eum
in domum patris mei et in cubi-
culum genitricis mee Adiuro
vos filie rslm per capreas cervorumque
cumporum ne suscitetis neque euigi-
lare faciatis dilectam donec ipsa
velit Synagoga de ecclia Quae est
ista que ascendit per desertum sicut vir-
gula fumi ex aromatibus mirre
et thuris et omnis pulueris pig-
mentarii Ecce lectulum salomonis sexa-
ginta fortes ambiunt et fortissi-
mi israel omnes tenentes gladios
et ad bella doctissimi Unusquisque
ensis super femur suum propter timores